



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Fur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

ab infidelibus captus. additum in Nou. cap. 17. num. 104. §. 3.

Sollicitans seruum vt fugiat, peccat, & à fortiori peccabit ipse seruus fugiens: cum regulariter plus delinquat faciens actum, quam consulens illum. Additum ibidem. de fuga & carcere. vide tit. carcer.

FVNAMBVLVS. Peccat mortal. volitans perfunes in altissimo loco, nisi sit velocissimus. cap. 15. num. 8.

FVNVS, ET FVNERALE. Laici possunt statuere, ac ponere modum funeralibus: scilicet, ne fiant immoderati sumptus caræ, ac reliquæ pompæ: neque hoc est contra libertatem Ecclesiasticam. cap. 27. num. 102. Vide etiam tit. excommunicatio. V. §. 4. in fin. vbi explicatur. cap. vlt. de rebus Ecclesiæ. vbi præcipitur ne laici statuunt de funeralibus.

Qui iniuste occidit hominem liberum, tenetur soluere impensas moderatas funeris. cap. 15. num. 20.

F V R.

A FVR licite potest aliquando suspendi à potestate publica. cap. 15. num. 2. & aliquando etiam ob furtum veniale ad cõseruandam disciplinam militarem, vel ad aliũ finem

finem reipub. cap. 23. num. 58. Capiens aliena, potest occidi ab eorum Domino. Quod intelligitur si capiat illa titulo alio quam necessitatis. cap. 15. num. 2.

Fur nocturnus præsumitur velle occidere, non tamen diurnus. nu. 7. Fur etiam punitus à iudice tenetur restituere parti damnum illatum. num. 22.

Fur non peccat bis eo quòd furetur, & se exponat periculo suspensionis, nisi id faciat, ne à lociis reputetur timidus. cap. 15. nu. 24. tit. A. Nou. num. 8.

Excommunicatio lata propter solum furtum, quæ alia damna non comprehendit, non ligat eum qui acum furaretur à sartore, quamvis sciret sartorem passurum vnus regalis detrimentum. cap. 17. num. 3. lit. F. §. 3. & in Nouo num. 4.

Excommunicatio generalis contra eos qui furantur, comprehendit omnes furantes mortaliter, nisi excipiantur propter intentionem excommunicantis, vel alia via. ibid. §. 4. in Nou. num. 4.

Si res furtiua perit apud furem, non tenetur restituere saltem in foro conscientie, si constaret quòd etiam periret apud dominum. Secus si crederetur, vel dubitaretur, quòd antequam periisset, dominus illam vendidisset. num. 80.

Y §

Qui

D Qui minutatim paruum quantitatem accipit, quamvis crescat usque ad notabilem quantitatem, non peccat mortaliter: dummodo à principio non habuerit animum furandi notabilem quantitatem. Verum est, quòd postquam ad eam peruenerit, tenetur restituere siue habuerit dictum animum siue non. Quæ tamen obligatio restituendi non habet locum in eo qui magnis interuallis prædictam notabilem quantitatem conflaret. num. 140.

E Fur tenetur restituere impensas factas à Domino, in quærenda re sibi furto sublata: eas nempe quas vir prudens facere debuisset. Ibidem. 140.

Qui furatur triticum ab habente illud paratum ad seminandum, & non habente aliud simile, tenetur plus restituere ratione lucri cessantis. cap. 17. num. 211.

F V R T V M.

A **F**URTIVM est dolosa contrectatio rei alienæ invito domino. cap. 17. num. 1. Et est de se mortale. Furtum autem mortale & veniale differunt specie saltem in genere moris. num. 3. Non. num. 2.

Paruitas rei, & materiæ excusat à mortali,